



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**R. P. Thomæ Tamburini È Societate Jesu Opera Omnia**

**Tamburini, Tommaso**

**Lugduni, 1689**

Quæ præsentia requiritur.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-78172](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-78172)

mentes illi, quia nondum subduntur Ecclesiae rati-  
ones; hi, quia assentientiam humanam exhibere non pos-  
sunt. Quae ad ejusmodi obligationem faciunt, nullius ab  
alio scripta, in summam sic redigo.

Quae Missa?

1. Primò, quam Missam audire tenemur; Respon-  
do, Catholico ritu peractam, quacunq[ue] lingua, de  
quocunq[ue] Sancto, quacunq[ue] votivam, etiam si sub  
nuda fide, in recitanda una Missa pro alia Sacerdos  
operetur. Ita Amor. p. 1. lib. 7. c. 3. q. 5. Ratio est, quia præ-  
ceptum audiendi Missa non vero hæc, vel illa.

Quanta Missa.

2. Secundò, quantam Missam? Respondeo totam,  
Excelesberis tamen à mortali, si omittas legem partem;  
levit autem jam nunc judicatur omisio ab initio usque  
ad Evangelium exclusivè. Sic Fag. in 1. præcept. Eccles.  
lib. 2. cap. 6. num. 2. Bonacin. tom. 1. d. 4. de Missæ Sacrific.  
lib. 2. cap. 6. num. 11. num. 16. alios citans. Imò (si audias  
sive ab eodem, sive ab alio celebrante ultimum Evange-  
lium S. Joannis) etiam inclusivè. Sic Fag. ibid. n. 7. ali-  
que; levis item ceterum, si audias ab initio usque ad  
Communionem inclusivè: omnis ceterum usque ad fi-  
nem. Qui non est præsens consecrationi, sed ceteris par-  
tibus, licet consecratio, quia dignior est, nullum valet;  
tamen præcepto satisfacit. Ita de Lugo de Euch. d. 22.  
q. ult. n. 4. quia potest adherere opinioni asserenti Sacri-  
ficii essentiam in Communionem consistere, atque adeo  
non est dicendus omisisse sacrificium: Quod si, cum  
Consecrationi, tum Communioni præsens non est, nullo  
modo satisfacit, quia nulli assistit sacrificio.

3. Erat quidam Sacerdos, qui dum sacrificium in  
privata ædificia faceret, in Mememo, vel Communionem  
celestem se per horam, certe huic author esset, ut viam  
communionem iniret, oratèq[ue] potius ante, vel post Mis-  
sam: singularitas semper est odiosa, nec Deo, vel in re-  
bus sanctissimis, grata: imò vereor, ne id fiat contra  
Rubricas modicam tunc orationem præferentes.  
Nam cap. 16. Rubr. gener. num. 21 expressè præcipitur: Ne  
in missa morose dicatur Missa, quo scilicet audientes ratio  
non sufficiant, & cap. 8. ritus celebrandi Missam, num. 3.  
dicitur de Mememo, ut tunc in missis manibus sicut pa-  
ter in quiete: sed ad nostra. Minister ergo ab adg ad  
sua negotia peragenda discedebat, tum exacta hora re-  
cedens, nihilominusque reassumens, ritè sacrificio usque  
ad finem intererat. Inquiri, ejusmodi minister faciebatur  
præcepto satis? Satis utique, quia sine illa hora, Missa  
jam terminabatur.

4. Is, cui integræ Missæ assistere, propter legitimum  
impedimentum non conceditur, & Ecclesiam ingreditur  
cum Sacerdos celebrans nondum pervenit ad consecra-  
tionem, debet quod superest audire. Ita de Lugo de  
Euch. d. 2. sect. 1. n. 6. quia tunc pars principalis, & quæ  
principalissimum intenditur à præcepto, audit potest. Nec  
est audiendus Ioan. Sanchez in selec. d. 25. num. 5. qui do-  
cet accedentem ad audiendum factum tempore præfa-  
tionis, nihilominus teneri interesse, qui nullà hujus rei ratio-  
nem offert, solum ad talem esse usum. Fidelium etiam  
consecrationem; de quo tamen usu auctoritas solum apud  
apostolum est.

5. Quod si post consecrationem accedat, non obli-  
gatur ad assistendum parti, quæ recitanda superest: quia  
tunc desinit pars principalis, & substantialis; exemplum  
quo proferte possumus ex Feria sexta Hebdomadæ San-  
ctæ, quando licet in Missa adsit Communio, & quædam  
alia, quia non ad est consecratio, tenemur audire, si  
tunc incideret dies festus: ita ergo in casu nostro.

Vbi?

6. Tertiò, quo loco Missa est audienda? Respondeo  
in quacunq[ue] Ecclesia, etiam extra Patochiam: imò  
nunc non possunt subditos cogere Episcopi ad audien-  
dam in Parochia, & declaratione Congregationis Car-

Pari I

dinalium, quam refert de Lugo ibid. n. 3. An, & in qui-  
bus Oratorii, diximus opus nostro 3. de Sacram. Missæ  
lib. 3. d. 4. §. 4.

Quo fit?

8. Quò fit, ut audiator Sacrum genibus, v. g. flexis  
vel stans, vel alio modo, non est necessitate præcepti  
caveatur irreverentia, vel scandalum.

A quo?

9. Quintò: à quocunq[ue] Sacerdote Catholico cele-  
bratam Missam audite potes, modo is non sit nominatim  
excommunicatus, vel publicus Clerici percussor: quare;  
si nullus præsto est Sacerdos die festo, qui rem sacram  
facere, vel, nisi is excommunicatus: omittendum tibi  
potius erit sacrificium illo die, quam cum illo, Sacrum  
audiendo communicare. Ratio est, quia fortius judicatur  
in Ecclesia præceptum vitandi ejusmodi excommuni-  
catorum non toleratum, quam audiendi Missam. Ab excommu-  
nicato autem tolerato potes: quia tamen antea id  
non licuerit, tamen Concilium Constantiense ad sedan-  
das conscientias, restrinxit prohibitionem, ut scilicet so-  
lum obligemur non communicare, sive in humanis, sive  
in divinis cum non toleratis. Ab hæretico nondum no-  
minatim denunciato, cum, donec accedat denunciatio, sit  
toleratus, posset ex hoc capite audiri Sacrum: sed obstat  
in hæretico cognitio scandalum, ne scilicet videatis, ipsi  
vel favere, vel ipsius hæresis particeps esse.

Dua Mediae Missæ.

10. Sextò: qui mediam Missam, v. g. post consecra-  
tionem usque ad finem audit ab uno Sacerdote, audien-  
do postea eadem die ab alio aliam mediam, hoc est, ab  
initio usque ad consecrationem, præcepto satisfacere,  
saltem propter auctoritatem extrinsecam multorum, id  
asserentium, probabile est: Ita Sà. Nau. Sor. Henr. apud  
Dian. p. 2. tr. 3. miscel. ref. 18. Major, Egid. Medina apud  
Fag. 2. Eccl. præc. lib. 2. c. 6. n. 11. Bonac. 1. d. 4. de Sacram. Missæ,  
q. ult. p. 11. n. 13. Hart. d. 5. de Sacram. Missæ. diff. 4. sed in rigore  
veram autumo contrariam sententiam, quia ex illis dua-  
bus partibus nequaquam conflatur unum sacrificium, cui  
interesse jubet Ecclesia. Adde & absurdum, quod ex  
priori opinione consequitur, nam sic posset quis simul  
ab uno Sacerdote dimidiam Missam audire, & ab alio  
celebrante; eadem hora, in vicino altari, aliam dimi-  
diam, & hoc pacto satisfacere: Cum ad utrumque Sa-  
cerdotem præsentia moralis haberi possit; quod certe  
quidquid sentiant aliqui Suarez de Euch. disp. 88. sect. 2.  
meritò reputat absurdum, quia sic posset à tribus, vel  
à quatuor Sacerdotibus simul in vicinis altaribus Missas  
celebrantibus varias partes Missæ audire, & satisfacere  
& in officio divino à sex recitantibus sex diversas le-  
ctiones simul audire, & satisfacere, cum præsentia mora-  
ralis ad omnes jam habeatur.

Præsentia.

11. Septimò; requiritur ad audiendam Missam præ-  
sentia moralis, humana, unde non satis est, si ceptis  
vigilans interesse, & deinde obdormias. Ita Sanchez  
2. tom. consil. lib. 7. cap. 2. dub. 33. imò neque si raptum, aut  
extasim patiaris; cum tunc præsentia moralis per som-  
num, vel raptum interrumpatur. Ita Fagund. l. c. lib. 2. c. 7.  
num. 3. Gaspard. Hurrad. l. disp. 5. diff. 1. Non autem est  
necesse audire, vel videre, nam cæcus, & surdus satis  
præceptum adimplent.

12. Hinc infero primò, satis esse ejusmodi assenten-  
tiam exhiberi humano modo, vel audiendo, vel videndo  
celebrantem, vel saltem ita sociando alios videntes,  
audientes, (quamvis sit quis extra Ecclesiam omnes  
præsentem non capientem) ut ex signis, & gestis Missæ  
aliqua colligere possit, & ut ad multitudinem assenten-  
tium censetur moraliter pertinere: id, quod certe  
semper

P 3

semper contingit in facello parvo etiam post columnam ejusdem parvi facelli, etiam in Choro post altare pro Religiosis, vel Clericis ibi cantantibus. At in templo magno, ut, v. g. S. Petri Romæ, non satisfaceres, si tu esses in Capella & in altera fieret sacrum: multò frivius si propè columnam ab Altari distantes, vel parietem Capellam dividentes; quia tunc tanta distantia, vel divisio inter, & celebrantem nullis aliis intermediis tollit præsentiam moralem: nam propter contrariam rationem, satisfaceres, si adesset magnè hominum multitudo; tu verò esses ex postremis in eadem magna Ecclesia, quia scilicet tunc moraliter faceres unam cum ea multitudine præsentiam.

13. Ex hac doctrina olim resolvi, num Moniales loco post Altare, quem in suis claustris habent, qui locus non videtur pertinere ad Ecclesiam, cum sit solum ad commoditatem ipsarum, ut inibi aliquibus diebus Officium cantent, num, inquam, à tali loco illæ possint visitare Altare, & indulgentiam illud visitantibus concessam lucrari: an potius obligentur illud visitare à Choro, qui est in ipsa Ecclesia ad Altaris prospectum directè situs? Dixi, cum inde horis Canonicis satisfaciant, indeque Missam etiam audire soleant, ut ipsæ à me interrogatæ falsæ sunt, & quidem ritè propter rationem *num. præcedente* dictam; nullam posse esse dubitationem quoad indulgentias, utrobique enim eadem præsentia moralis in Ecclesia requiritur, & sufficit.

14. Infero secundò, fenestra tuæ domus, si sit parva distantia ad altare Ecclesiæ, posse te satisfacere præcepto inde audiendo Sacrum etiam si sit intermedia via publica. Ita de Lugo *de Euch. disp. 22. sect. 2. num. 21.* quia sic verè præsens es moraliter Sacro: secus erit in magna arbitrio prudentis distantia, propter oppositâ rationem.

4. Infero tertio, non esse moraliter Missæ præsentem eum, qui sacramentaliter constituitur, dum Missa celebratur. Ita Suar. *de Sacram. disp. 88. sect. 6. v. Septimum caput*; Azor. *1. p. lib. 7. c. 7. q. 8.* quia non satis est pietas actionis, si hæc distrahat, seu excludat moralem assistentiam; distrahit autem in casu nostro, quia actio externa Confessionis impedit ipsum externum cultum attendendi ad Missam.

16. Infero quarto, satisfacere præcepto de audientia Missæ cum, qui dum eam audit, recitat Psalmos, vel alias Orationes, etiam illas, quas ex obligatione recitare tenetur: Ita Suar. *l.c. Azor. l.c. cap. 5. q. 3.* aliqui communiter, quia talis attentio ad res divinas moralem præsentiam nequaquam tollit.

Imò, dum Sacerdos secretè orat, Orationes aliquas à fidelibus recitari, bonum consilium est; si quidem mentis evagatio; hæc ratione, melius evitabitur: quomodo autem duabus obligationibus possit uno opere aliquando satisfieri; vide latè apud Sanchez *lib. 1. in Dec. cap. 14. num. 5.*

## Intentio.

17. Octavo, requiritur intentio volendi audire. Quare non satis est, esse in Ecclesiæ ad expectandum, v. g. amicum, nisi intendas etiam Sacro interesse. Pari modo, etiam si Missæ quis inter sit ad videndam mulierem, vel ad aucupandâ vanam gloriam, licet aliunde peccet, satisfaciens nihilominus, si interim Sacrificio vacet; modò hæc non impediunt, ut certè ex se sola non impediunt, præsentiam humanam ad Missam. Ita Sanch. *ibid. n. 1.*

18. Si quis Missæ assistat intentionem habens non satisfaciendi præcepto, adhuc satisfacit (esto, peccet ex malo affectu, si die festivo non habeat animum implendi præceptum.) Ita Sanchez *ibid. cap. 13. n. 8.* Suar. *tom. 2. de Rel. lib. 4. c. 26. num. 8.* quidquid Marchinus *de ordine, tract. 3. p. 3. cap. 17. n. 10.* cum Azor. aliisque *ibid.* citat. quia ponit jam rem præceptam; præcipitur enim, ut audiatur Sacrum, non verò ut cum ista, vel illa intentione audiatur. A peccato autem satis abundè desistit, si intra debitum tempus, v. g. ante meridiem, voluntatem illam retractet, velique per auditam jam Missam obli-

gationi satisfacere. Hinc etiam fit, ut ignorans hodie esse diem festum, si audiat Missam non obligetur aliam audire post scientiam festi: jam enim præcepto satisfacit.

## Attentio.

19. Nonò, desideratur attentio, estque communis quæstio, cum attentione ad Divinum Officium. Necessariam esse attentionem internam, hoc est, internam applicationem mentis ad Missam, vel Officium, sive ad verba, sive ad verborum sensum, hinc ad Deum, docent communiter Vasquez Sanchez, Suarez, innumerique alij citati à Diana *p. 3. de Hor. Canon. resol. 2.* vide etiam *p. 3. tract. 4. resol. 10. ubi de Missa*, Oppositum id est, solam externam satis esse, ad evitandum mortale, docuerunt antiquiores multi, Sylvester, Durandus, Medina, S. Antonius, alijque, quos refert Diana, ex recentioribus Coninch, Gaspar, Hurtadus; Diana; & probabile vocat Lessius, Henriquez, Victorellus, Layman; novissimè denique Io. de Lugo *de Euch. disp. 22. sect. 2. n. 27.* prædictos citans, optimis rationibus id confirmat: unde & ego, sicut in *opus. 5. de Sac. Missa, lib. 2. cap. 3.* ita hic, idem probabile iudico.

20. Hæc autem externa attentio consistit in negatione distractionis externæ, id est, in negatione ejus negotij, vel occupationis externæ, quæ ex se distractiva sit mentis ab auditione Missæ; quale esset, v. g. velle historiam legere, confabulari, ludere, depingere, scribere, & similia.

21. Ratio potissima hujus probabilis sententiæ est: quia falsum assumunt adversarij, dum contendunt actuali internam attentionem esse de substantia Orationis, unde, cum Ecclesia præcipiat Orationem, necesse esse præcipere etiam dictam attentionem: falsum, inquam, id est, quia omnes fateri oportet, absque ea posse consistere Orationem.

Paret id in forma Extremæ Vnctionis, quæ est substantialiter Oratio: & tamen, si Sacerdos, sive voluntariè, sive involuntariè distrahat, adhuc conficit Sacramentum; signum est igitur, substantiam orationis non dependere in suo esse ab actuali attentione. Paret iterum, quia orare est loqui cum alio: at certè ego tecum loqui possum, licet non attendam; ut esset, si ex scripto, vel verbis memoria traditis, tecum agerem, imò & cum Rege; vel Principe interim aliquid aliud cogitando. Paret denique eo, qui ex scripto, vel sine interna mentis attentione loqueretur eum excommunicato vitando, vel professionem in Religione emittere: nam & ille in excommunicationem incidere, & hic veram emitteret professionem, si videret ille loqui; & hic emittere: aliquid enim est intentio externa, quæ omnino est necessaria; de qua locuti sumus *num. præcedenti*, & sufficere virtualem diximus, in *opus. 3. de Sac. Missa, lib. 2. cap. 1. §. 2.* aliud attentio interna, quam non esse sub mortali (esto sub veniali *sup. lib. 2. cum de orat. &c.*) necessaria, hic affirmamus. Cum enim ex dictis attentio actualis interna non ingrediatur orationis essentiam, unde certò habes Ecclesiam, quotiescunque orationem præcipit, præcipere & attentionem? Nisi certò habeas, non debet onus tam gravis legis certò fidelibus imponere. Alia minutiora in hanc rem, præsertim verò oppositorum solutione, vide apud citatos.

## §. II. De Causis excusantibus ab assistentiâ Sacri.

## Excommunicatio.

## Vbi ab obligatione tollendi impedimenta.

2. Excusabitur primò, ab audiendo sacro excommunicatus, vel interdictus, sive publicè, sive privatim. Ita Suar. *d. dist. 38. sect. 6. in initio* March. *de ord. n. 3. part. 3. cap. 17. num. 17.* quia hoc prohibet, nedum excusat Ecclesia; idque procedit etiam si culpabiliter negligat